

Theologia practica : Ist also ohne Noth / daß man eine besondere Mysticam oder Allegoricam einführen / oder in solche dunckele / schwere / und mit harten Urtheilen wider die Kirche und Predtq; Amt / theils auch mit öffentlichen falschen Lehren erfüllte Bücher die Leute / zumahl die Einfältigen / weisen / oder dieser Scribenten Fehler mit dunckeln / hochschwülstigen und Alchymischen Lust Worten nachthun solle. Hæc ille. Sed & amovere scopulum juvat, ad quem impingere pedem is, qui hæc mea leget, forte possit. Nimirum occurrunt in Vocabulario nunc præsentis vocabula quoque Biblica, divinitus inspirata; ecquo igitur jure vocabuntur Pseudo-mystica? Verumenimvero admodum exile est hoc offendiculum, & amolitu facile tiggillum. Quodsi nonnihil tribuat aliquis huic objectioni, is expendat, velim, aliter de vocibus istiusmodi in prima, aliter de iisdem, in secunda mentis operatione positus, debere subinde judicari. Expendat insuper, dari etiam, ex ipsiusmet Scripturæ stylo, mysterium iniquitatis, dari γνῶσιν ψευδῶνυραον, dari orationes τῶν βατλολογέντων. Esto: Sint quædam vocabula Biblica; nec tamen in sensu Biblico, verum Hyperbiblico, Parabiblico & Antibiblico, a Mysticis adhibentur. Atqui ita frigidus vel sub herba Biblica latet anguis; imo, cum mellitissimo Sosandro dum disputat Satanas, ipsissimis Scripturæ vocabulis, ad sensum præposterum detortis inflexisque, utitur. Nihil restat, nisi ut suspiremus in antecessum:

Χριστὲ, τὴν χάρις ἄρμας ἄγοι βέλημα πρὸς ἔθλον.

Μῆνος ἐπισήμην Τύνη σοφίηντε πορίζεις.

Ad cor, Christe, bonum tua nosmet gratia ducat:

Solus Tute animi sapientis dona ministras.

Te nihil æternum si dicere Mysticus audet,

Nos Ens æternum Te voce & corde fatemur.

Si vesana quies summo bono inesse putatur;

Tute operosa quies animæ summumque bonum esse

Diceris. Hæc mens non ex diva profluit aura,

Condita nempe Tua est in imagine; perditâ at illâ,

Non DEus evadit, tantum renovatur, imago.

Nec patitur, sed agit mens & renovata voluntas;

Passio nec cessat, sed tantum operosa quiescit.

In nobis, pie Christe, Tui fac Flaminis aura,

Sanctum haud cesset opus, fidei haud certamina cessent.

Sic socia in vita Te pura mente colemus;

Sic, qui proximus est, constanter amabimus illum.

Otia, secessum mentis, latebrasque capeffens

Mysticus anquirat claustra, & speculetur in antris;

Nos in ea semper, fac, qua sumus ordine divo

Christiadium in cœtu positi, statione manentes,

Post operosa piam claudamus tempora vitam!

Veluti